





adfer. g. 1490  
7052,79  
185  
21

SPECIMEN INAUGURALE

DE

S T A T V  
IVRIBVSQVE EPISCOPORVM  
GERMANIAE AVG. CONFESS. A CON-  
DITA TRANSACTIONE PASSAVIENSI  
ET PACE RELIGIOSA VSQVE  
AD WESTPHALICAM

QVOD  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE A DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQA

IN ACADEMIA IENENSI

EX DECRETO

ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRO IMPETRANDIS HONORIBVS AC IVRIBVS  
DOCTORALIBVS

BENIGNAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVMITTIT

IOANNES IACOBVS AB HOLTZE

REV. CAP. HAMBVRGENSIS CANONICVS

IENAE MENSE MART. MDCCLII.

LITTERIS SCHILLIANIS.

RECIPERE IN AUREA

DE  
S T A T V

IVRIBVSQVE EPISCOPORVM  
GERMANIAE AVG. CONFESS. A DON  
DITA TRANSITIONE PASSAVIENSIS  
ET PACIS RELIGIOSA VSQVE  
AD WESTPHALIAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPIS A DOMINO

DOMINO  
ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO

DUCE SAONIAE IVRISQVE CIVITAE MONTIVM  
ASGARAE ET WESTPHALIAE RECTOR

IN ACADEMIA HENSI

EX DECRETO  
ILLVSTRIS FACULTATIS IVRIDICAE  
PRO IMPETRANDIS HONORIBVS AC IVRIBVS  
DOCTORALIBVS  
BENIGNAE ERVDITORVM GENSVAE

IOHANNES IACOBVS AB HOLTZE

BRV. CAP. HAMBVRGENSIS CANONICVS

IN AUREA MART. MCCCLXX  
LITTERIS SCHILLIANIS



V I R O  
ILLVSTRI MAGNIFICO  
SVMME REVERENDO ET GENEROSISSIMO DOMINO  
D O M I N O  
NICOLAO ALBERTO  
AB HOLTZE

I. V. D. HAEREDITARIO IN PEVTE ET MVGGENBVRG  
ET SVMME REV. CAPITVLI QVOD EST HAM  
BVRGI DECANO GRAVISSIMO  
PARENTI SVMMO HONORIS ET OBSERVANTIAE  
CVLTV DEVENERANDO

HANC SVAM  
INAVGVRALEM DISPVTATIONEM  
EA QVA PAR EST ANIMI DEVOTIONE  
SACRAM FACIT

OBEDIENTISSIMVS FILIVS  
IOHANNES IACOBVS AB HOLTZE  
CANONICVS  
AVTOR.

V I R O  
ILLVSTRI MAGNIFICO  
SVMME REVERENDO ET GENEROSISSIMO DOMINO  
D O M I N O  
N I C O L A O A L B E R T O  
A B H O L T Z E

L. V. D. HAEREDITARIO IN PVTE ET MYGGERBYRG  
ET SVMME REV. CAPITVLI QVOD EST NAM  
BVRGI DECANO GRAVISSIMO  
PARENTI SVMMO HONORIS ET RESERVANTIAE  
CVLTV DEVERENDO

HANC SVAM

INAVGVRALEM DISPVATIONEM  
EA QVA PAR EST ANIMI DEVOTIONE  
SACRAM FACIT

OBEDIENTISSIMVS FILIVS  
I O H A N N E S I A C O B V S A B H O L T Z E  
C A N O N I C V S  
A V T O R



1

IDE

STATV IVRIBVSQVE EPI-  
SCOPORVM AVG. CONFESS. ADDI-  
CTORVM A CONDITA TRANS-  
ACTIONE PASSAVIENSI ET PACE  
RELIGIOSA VSQVE AD  
WESTPHALICAM.

---

§. I.

**E**x quo conditae in Germaniis Ecclesiae Chri-  
stianae, a regnatoribus ad servatoris nostri  
doctrinas accedentibus, securitatem prote-  
ctionemque acceperunt, ac per largas piorum ho-  
minum donationes, bonorum cumulis ditatae,  
iuribusque ac praerogatiuis eminentibus exorna-  
tae fuerunt, ex harum etiam Episcopis et Abbatibus,  
quondam non raro martyribus, *Principes Regni*  
facti, viris vtraque nobilitate illustribus et exi-  
miis, clericalis vita placuit, quae ipsos ad insignem  
dignitatem ac potentiam evehebat\*.

\* Sic S. *Arnulfus* Episcopus *Metensis* ex *Maiore Domus*  
Praeful factus.

A

§. II.





## §. II.

Inspicientibus catalogos Episcoporum, et Annales historiasque excellarum Regni Germanici Ecclesiarum, quarum summa cura scriptas, nostro aevo multas habemus, patebit, plerosque Praefules ex vtraque nobilitate electos postulatosque *Principes Regni* factos esse, insigniaque Familiis suis emolumenta attulisse.

## §. III.

Ita res comparata, quum Germania omnis Romano-Catholicas doctrinas coleret. Exorta autem Seculo XVI. Euangelicae veritatis luce, quidam ex illustribus Familiis orti, eadem collustrati, repurgatis sacris accesserunt. His licet summo loco nati essent, curia Romana, Episcopi Germaniae, sodales sacri, et qui eorum protectionem suscipiebant, viam ad Episcopalem dignitatem et praefulatum administrationem, aliaque Beneficia Ecclesiae difficilem reddere, enixe allaborarunt, immo pro *inhabilibus* et *incapacibus* habebant.

## §. IV.

Quae ardua et difficilis maxime controuersia in Comitibus Augustanis anni 1555. acerrime disputata





tata fuit, Protestantibus *Autonomiam*, vulgo *Freystellung*, siue libertatem mutandi religionem, saluis omnibus iuribus ac emolumentis, grauius vrgentibus, quibus R. Catholici *Reseruatum* suum, *Ecclesiasticorum* postea dictum, adminiculante *Ferdinando* Rege Romanorum Paci Religiosae Augustanae anno 1555. insertum, opponerent, cuius effectum Euangelicis sacris additi, repetitis saepe protestationibus elidere conabantur.

\* Seriem controuersiae huius maximi momenti ex Actis Paci Religiosae admirabili breuitate exhibuit IOANNES SLEIDANVS *Commentariorum de Statu Religionis et Reipublicae Carolo V. Caesare, Libro XXVI, p. 834. seq. Edit. Ribel. in 8.* Acta ipsa legas in CHRISTOPHORI LEHMANNI *de Pace Religionis Actis Publicis et Originalibus, Francofurti 1631.*

4. primum editis.

*Autonomiam* a Protestantibus expetitam acerbissime oppugnauit FRANCISCVS BVRGKARDVS, Consiliarius intimus et Cancellarius Colonienfis, vel quisquis sub hoc illustri nomine scripsit, in Libro hofilli de *Autonomia, das ist, von*

*Freystellung mancherley Religion und Glauben, Monachii 1602.*

4. repetita vice recuso.

Protestantium argumenta *Reseruat* Ecclesiasticorum opposita legi possunt in egregio libello, cui index: *der Geistlichen Vorbehalt aus seinen Gründen erörtert*, edito 1634. 4. adiectus quoque scriptio, quae idem argumentum tractat titulumque habet: *gründliche Deduction, wie es mit dem Keyserlichen Religions-Edict und der Geistlichen vermeynten Vorbehalt eigentlich bewant, und was dieselbe beyderseits vor Krafft und Wirckung haben* durch SCIPIONEM ARETINVM, siue potius IACOBVM LAMPADIVM virum summum et in his negotiis versatissimi.

A 2



fatissimum, 1632. 4. Addantur *Georgium Brandenburgium* edita, in quibus ab utraque con-  
Acta et Scripta in causa *Geb-* certantium parte de obliga-  
*hardi Truchsessii* et de motibus tione *Reseruari Ecclesiasticorum*,  
*Argentoratensibus* inter *Caro-* argumenta producta.  
*lum Lotbaringum*, et *Ioannem*

§. V.

Tot igitur reclamationibus et protestationibus aduersus *Reseruatum Ecclesiasticorum* oppositis subnixi et confisi Electores Principesque Euangelici, de obtinendis, fauore *Capitulorum Cathedralium*, ad quos electio postulatioque ex priuilegiis, Concordatis, et Statutis pertinet, Praesulatus, in *utraque* praesertim *Saxonia*, ubi sacra emendata cum primis florebant, solerter cogitarunt. Edita est \* tempore Edicti restitutorii a *Ferdinando II.* Imp. a. 1629. promulgati, *Designatio Episcopatum*, annotato tempore, quo in Euangelicorum potestatem peruenerunt, quam scriptor quidam *Anonymus* Romano-Catholicus, formis imprimendam curauit, perhibetque eam a Caesareo Consiliario et belli duce a. 1628. conditam, quam hec dabimus, notulisque quibusdam et testimoniis historicorum illustrabimus, ita conceptam:

\* in libello, cui data inscriptio: *Copia vnd Abdruck etlicher vornehmer Bedencken vnd Schreiben, daraus zu vernehmen, wie es bisher in Teutschlandt gangen*, 1629. 4.

Er-



*Erzählung der Stifte, so nach dem Passawischen  
Vertrage Anno 1582. d. 2. Augusti in der  
Evangelischen Hände seynd kommen.*

**I. Magdeburg ist reformirt Anno 1567. von Ioa-  
chim Friederichen \* Marggraffen.**

\* *Quam assertionem Con-  
filiarii Caesarei confirmat DA-  
VID CHYTRAEVS Chronico Sa-  
xoniae, qui ad a. 1567. p. 635.  
636. his commemorat verbis :  
Cum autem supremi Collegii Mag-  
deburgensis, penes quos eligendi  
potestas est, plerique Canonici,  
sinceram Euangelii doctrinam,  
repudiatis erroribus et idolis Pon-  
tificiis, amplexi essent: nec iam  
Archi-Episcopum Romano Ponti-  
fici addictum, sed suae religionis  
Principem expeterent: Admini-  
stratorem primatus et Archiepi-  
scopae designarunt Ioachimum*

*Friedericum, Ioannis Georgii E-  
lectoris Brandenburgici filium, eo  
tempore unicum. Is inchoatam  
a patruo (Sigismundo) Reforma-  
tionem, instituta Ecclesiarum to-  
tius Archi-Dioeceseos visitatione  
solemni, absoluit, et Magdeburgae  
in ecclesia cathedrali, primum pa-  
storem sinceræ Euangelii doctri-  
nae Sigfridum Saccum Northu-  
sanum, Theologiae doctorem, con-  
stituit. Add. B. PAULI LEN-  
TZII brevis et succincta Historia  
Archi-Episcoporum Magdebur-  
gensium §. 62. p. 159.*

**2. Bremen Anno 1585. a Ioanne Adolpho \*\*  
Holfato.**

\*\* *Conf. CHYTRAEVS l. c. p.  
639. et p. 811. Henricus Archi-  
Episcopus Bremæ, Osnabrugæ  
et Paderbornæ; Dux Saxoniae,  
Francisci senioris filius, princeps  
virtute, prudentia, humanitate,*

*doctrina, et pietate præstans, vi-  
gentis adhuc ætatis anno 35. ex  
his terris euocatus est. Pergit Chy-  
træus: Bremenſe collegium, et  
incolumitati diœcesis grauatae  
rectius consuli in interregno pos-*



set: principem adolescentem lo- nec reparatis castris et praediis,  
annem Adolphum, Adolphi Hol- ante multos annos oppigneratis,  
satae Ducis filium eligit, eique adultus ad gubernationem dioe-  
certam pensionem attribuit, do- cesis admittatur.

3. Minden anno 1582. ab Henrico Iulio Brun-  
fuicensi \*.

\* Resignante an. 1581. in Dn. PHILIPPI IVLII REHT-  
ipius fauorem Hermanno ad- MEIERI Braunschweig-Lünebur-  
huc Episcopo, Comite Holsa- gische Chronica p. 1024. et  
tiae et Sebauenburgico. Euolue 1087.

4. Halberstadt \*\* anno 1586. ab eodem.

\*\* Consentit laudatus Dn. künften desselben Stifts genießen,  
REHTMEIER l. c. p. 1087. qui das übrige aber zum Abtrag der  
haec singularia de Henrico Iu- Schulden angewendet werden sollte.  
lio commemorat: im andern Anno 1578. erlangte er vom  
Iabr seines Alters An. 1586. Kaiser Indultum aetatis, oder  
ward er in regard seines Herrn die Iabrs Erfüllung, und ward  
Grosvaters von dem Dom-Capi- als ein regierender Bischof zu  
tul zu Halberstadt zum Bischof Halberstadt wieder alle Nachstel-  
postuliret, iedoch mit dem Bed- lung des Pabsts Pii V. der ihn  
ding, dass die Verwaltung des davon auszuschließen trachtete,  
Stifts 12. Iabr lang beyrn Cap- öffentlich eingeführet Add. CHY-  
itul verbleiben und der iunge TRAEVVS l. c. p. 636. et IOAN.  
Hertzog oder Bischof nur iehr- GEORGII LEYCKFELD Antiq.  
lich 1000. Thaler aus den Ein- Craningenses p. 58.

5. Verden, ab Eberhardo von Halle \*\*\* anno 1568.

\*\*\* De hac mutatione CHY- XXII. p. 647. haec annotauit:  
TRAEVS Chronico Sax. Libro In Verdensi Ecclesia Cathedrali  
et



et tota Dioecesi, quae pontificias *scopo ita administrandum per-*  
*ειδωλαμνας* huc usque retinuerat, *mittere ut ante omnia Deo, de-*  
 sinceram Euangelii doctrinam et *inde summo in his terris magi-*  
 ritus, ad normam Augustanae *stratui, Caesareae Maiestati, ra-*  
 Confessionis congruentes Eberar- *tiones suas probare possit. Epi-*  
 dus episcopus institui et propa- *scopus igitur Collegio Canonico-*  
 gari curavit. Cum enim ab an- *rum, et caeteris suae dioecesis*  
 tecepsore suo Georgio duce Brun- *clericis, Articulos de Missa et*  
 suicensi coadiutor susceptus, et il- *cantionibus ecclesiasticis tradidit,*  
 lo extincto, Verdensis Episcopus *de quibus in proximo conuentu*  
 electus esset: habito clericorum *prouincialium, postridie Michae-*  
 et caeterorum dioecesis ordinum *lis indicto, responderent, ubi cum*  
 conuentu, inter caetera, de pia *Articulos receperunt, Missa pon-*  
 Religionis, quae tota adhuc Pon- *tificia in Verdensi ecclesia Ca-*  
 tificia erat, emendatione propo- *tbedrali, et caeteris oppidorum*  
 suit. Qui post maturam delibe- *et pagorum templis abolita, et*  
 rationem responderunt: Se to- *Augustanae Confessionis doctrina*  
 tum hoc Religionis negocium epi- *et ritus substitui sunt.*

6. Lübeck, anno 1561. ab eodem \*.

\* Conf. CHYTRAEVS l. c. Lib. XX. p. 590.

7. Ratzeburg anno 1554. von Christoph von der Schulenburg.

Addit editor allegati libelli: *Diss ist unrecht, denn die Reformation erst geschehen Anno 1566. unter der Administration Herzog Christoffs zu Mecklenburg\*\*.*

\*\* Testis quoque locuples *cem doctrinae Euangelii in*  
 est CHYTRAEVS l. c. p. 636. *vicinis ecclesiis principum et*  
 Raceburgensis Ecclesia - - lu- *urbium, Augustanae confesio-*  
 ni



ni adhaerentium receptam, ipsa quoque amplexa est ac primum doctrinae purioris doctorem Georgium Vslerum

in templo Cathedrali, Christophorus dux Megapolitanus duodecimo Episcopatus sui anno collocauit.

8. *Meissen*, Anno 1581. ab *Augusto* Electore Saxoniae \*.

\* Resignante *Ioanne* ab *Haugwitz*, Augusto Electori Saxoniae Episcopatus *Misnensis* in commendam et administrationem a Capitulo Cathedrali datus, vide propositionem ad

ordines et subditos huius Praefulatus in Viri celeberr. CHRISTIANI SCHOETTGENII *Histoire der Chur-Sächsischen Stifts-Stadt Wurzen* p. 75. seqq.

9. *Merseburg*, anno 1565. ab eodem.

*Iam antea teste CHYTRAEO* p. 561. aliisque *Michaele Sidonio* (R. Catholico) *Merseburgense* episcopo rebus humanis exempto *Alexander Dux Saxoniae*, *Augusti Electoris* filius, a Collegio postulatus est. Idem p. 628.

*Merseburgensem* episcopam *Alexandro Duce Saxoniae* in ipso aditu adolescentiae VIII. Idus Octobris mortuo *Augustus Alexandri* pater et superiore anno *Naoburgensem* sibi administrandam suscepit. Sed conferri debet *An- und Ausführung* dass der Herr Administrator zu *Merseburg* nach zurück gelegten XVIII.



*XVIII. Jahre dero Stiffts-Regierung anzutreten befugt S. IV.*

10. Naumburg, anno 1564. ab eodem.

CHYTRAEVS l. c. p. 622. In Saxonia Naumburgensem ad Salam dioecesin, post episcopi mortem, Augustus Saxoniae elector sibi regendam tradi a collegio non aduersante obtinuit.

11. Brandenburg, anno 1563. a Ioachimo Friderico Marchione.

Curatius mutationem status huius Episcopatus docet ill. Vir SAMVEL LENZIUS in *diplomatisher Stiffts-Historie von Brandenburg* p. 71. et anno 1569.

12. Havelberg, anno 1556. ab eodem.

Accurate vt solet de reformatione huius Episcopatus et electione primi Evangelici Praefulis *Friderici* March. Brandenburgici *Ioachimi II. Electoris F.* egit illustris LENZIUS *diplomatisher Stiffts-Historie von Havelberg* p. 61. cui successit *Ioachimus Fridericus, Io. Georgii Electoris F.*

B

13. Lebus,



13. *Lebus*, anno 1555. d. 9. Iunii ab *eadem* \*.

\* Conf. Dn. RENATI ANDREAE KORTVM *Nachricht von dem alten Bischoffthum Lebus*, qui p. 13. obseruauit Electorem *Iohannem Fridericum Brandenburgicum* Principi Electorali *Ioanni Georgio* Administrationem contulisse.

14. *Camin* anno 1556. a *Ioanne Friderico Pomerano*.

vid. CHYTRAEVS l. c. p. 546. et in primis PETRI WVIAE, siue potius IVRGE VALENTINI WINTHERI *Historia Episcopatus Caminensis in Pomerania* §. L. LI. LII.

15. Addimus *Suerinensem* in Megapoli Episcopatum, cuius *Euangelicos Episcopos*, eorumque gesta consignauit BERNHARDVS HEDERICH *Historie der Bischöffe zu Schwerin*, quae inserta illustris GERDESII *Sammlung Mecklenburgischer Landes-Rechte vnd Geschichte*, P. VI. p. 483.

#### §. VI.

Grauisime tulit hanc *Episcopatum*, fauore sodalium sacrorum, a Protestantium sacra colentibus acquisitionem, *Curia Romana*, quae semper de conferuandis *Bonis* suis prouidentissimam curam





ram adhibet. Qua de causa PAVLLVS Papa IV. feueri vir ingenii, anno 1559. BVLLAM propofuit, hifce conatibus valde aduerfam, de qua ODORICVS RAYNALDVVS \* commemorat: *hoc anno Paulus Pontifex flagrantiffimo afferendae contra Haereticorum MOLIMINA Catholicae religionis ardore incensus, grauiffimam sanctionem edidit, qua conftitutas olim in Haereticos vel Schismaticos, poenas confirmauit, atque omnes, QVACVNQVE, facra, etiam Cardinalitia, vel ciuili etiam Regia atque Imperiali dignitate praeditos, fi Haerefeos vel Schismatis crimine illaqueati conuicti efferent, SACRIS et ciuilibus dignitatibus excidiffe pronunciauit, ac Principatibus, Regnisque vel Imperio exuendos.* Verba BVLLAE fic fonant: omnes et finguli EPISCOPI, ARCHI-EPISCOPI, Patriarchae, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges et Imperatores, qui hactenus vt praefertur deuiasse, aut in haerefim incidiffe, vel schisma incurriffie, excitasse, vel commiffisse, deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, ac in posterum deuiabunt, aut in haerefim incident, feu incurrent, vel excitabunt aut committent, et deuiasse feu in haerefim incidiffe, vel schisma incurriffie, aut excitasse, feu commiffisse



sisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu con-  
 uincuntur, cum in hoc inexcusabiliores caeteris  
 reddantur, ultra sententias, censuras, et poenas  
 praedictas, sint, etiam eo ipso absque aliquo iuris,  
 aut facti ministerio, suis Ordinibus, et Cathedra-  
 libus, etiam Metropolitanis, Patriarchalibus, et  
 Primatialibus Ecclesiis ac Cardinalatus honore, et  
 cuiusuis Legationis munere, nec non VOCE acti-  
 ua et PASSIVA, omnique auctoritate ac ministe-  
 riis et beneficiis, et officiis Ecclesiasticis, cum  
 cura et sine cura, facultatibus et quorumuis Ord-  
 num regularibus quae ex quibusuis concessionibus  
 et dispensationibus Apostolicis in titulum, commen-  
 dam et administrationem, aut alias quomodolibet  
 obtinuerint, et in quibus, vel ad quae ius aliquod  
 habuerint, nec non quibusuis fructibus, rediti-  
 bus et prouentibus annuis super similibus fructi-  
 bus, redditibus et prouentibus eis referuatis et af-  
 signatis, Comitatus quoque Baronis, Marchio-  
 natibus, Ducatibus, Regnis et Imperio penitus  
 et in totum perpetuo priuati et ad illa de cetero IN-  
 HABILES et INCAPACES etc. Qui Paullinus  
 filius sapit Hildebrandinum, atque exinde cogno-  
 sci potest quam aegre tulerit Curia Romana illu-  
 fres



tres Personas in Germania Episcopos, pro haereticis iam, sed iniuriose declaratos.

\* *Annalium Ecclesiasticorum ubi et Bulla PAVLLI integra legitur.* Tomo XXI. Parte II. fol. 201.

### §. VII.

Praeter haec prohibitionum Pontificiarum recentiorum, ac *Reservati Ecclesiastici* obstacula, alia aduersa videbantur impedimenta protestantium sacris addictis Praesulibus, *Concordatum* \* nempe inter *Henricum V. Imp.* et *Calixtum Papam II.* anno 1122. initum de *Inuestituris* Episcoporum et Abbatum, per quod Augustus: *pro amore Dei et sanctae Romanae Ecclesiae et domini Papae Callisti et remedio animae suae*, vt verba Concordati sonant; siue potius per turbas ab Ecclesiasticis viris excitatas, coactus, et a Germanis ipsis desertus, *dimiserat DEO et sanctis DEI Apostolis Petro et Paulo sanctaeque Catholicae Ecclesiae omnem Inuestituram per Annulum et Baculum, et concedebat in omnibus Ecclesiis, quae in Regno vel Imperio sunt, fieri Electionem et liberam consecrationem.* Qua concessione eximia pars lurium circa Sacra et Iurisdictionis in Episcopos, magno Reip. malo, vt ipse *Henricus* vere prudenterque adgnouit, periit.

B 3

\* cuius



\* cuius historiam eleganter et accurate enarrauit variisque egregiis obseruationibus illustrauit B. IOANNES GVI-

LIELMVS HOFFMANNVS singulari Dissertatione *Vitembergae* 1739. 4. edita.

### §. VIII.

Pontificiam Romanam confirmationem, quae ex hoc *Concordato* Episcopo Romano attributa fuit, nemo impetrare poterat, qui fidei Romanae Catholicae confessionem edere et *Iuramentum* praestari solitum \* formulisque talibus conceptum, quas Euangelicis sacris addictus agnoscere non poterat, facere recusabat.

\* Expende naturam et indolem *Iuramenti* huius *Episcopalis* grauesque querelas piorum ac cordatorum in Ecclesia R. Catholica Theologorum et praefulum aduersus illud emissas; statuum adhaec et Nobilitatis Germanicae Gramina contra noua *Statuta Capitulorum*, cumprimis *Cathedralium*, in quibus praestatio huius Sacramenti imposita, breuiter relata in Dn. CHRISTIANI GOTTLIEB BYDERI Dissertatione de *Iuramentis Episcoporum Germaniae, lenae* 1725. 4. proposita.

### §. IX.

Has inter remoras constituti, post repurgatam in Germania doctrinam huic consentientes Principes alique viri illustres, quorum maiores Episcopatus vicinos, opibus, largis redditibus, eximiis iuribus,



ribus, cumularant, ea inter alia consilia mente, vt principes filii adgnatique vel aetate minores, vel ad regimen Prouinciarum non admissi, honestissimam sustentationem exinde perciperent ac publica commoda promouerent; de variis modis hos Episcopatus adquirendi aut retinendi post Transactionis Passauensis et Pacis religiosae conclusionem, cogitarunt,

§. X.

Quum autem Reseruatum Ecclesiasticum Paci religiosae §. V. insertum grauisime obstare videretur, remedia quandoque adhibebant viris theologis haut probata. Etenim quidam principes Protestantium sacris adscripti ad *Beneficia Ecclesiastica* adspirantes, vt talia facilius obtinerent, ex imbecillitate humana, primam vt vocant *Tonsuram*, *ordinesque minores* admiserunt atque obtinuerunt. Sic *Henricus Iulius* Dux Brunsvicensis, *Iulii Ducis F. Henrici* iunioris Ducis, magni Pontificiae Ecclesiae defensoris Nepos, infans bienis, primum ad *Halberstadiensem* Episcopatum postulatus \* anno 1567. a Praeposito, Decano et reliquo Capitulo Cathedrali Ecclesiae Halberstadiensis ac ipso auo *Henrico, Pio* Papae V. enixe commen-



mendatus fuit, quem tamen ob infantilem aetatem admittere noluit vigilans canonum et pontificiarum constitutionum custos PIVS V. vti ex *Epistolis\*\** in forma *Breuis* ad Capitulum et Ducem *Henricum*, auum, scriptis, constat. Adultior factus, impetrata a *Maximiliano II.* Imp. aetatis venia Episcopus *Halberstadiensis* anno 1578. postulatus, vna cum fratribus duobus iunioribus a *Iohanne Kopio* Abbate Huiesburgensi *primam tonsuram* accepit aliisque ritibus Pontificiis fuit inauguratus. Comprobat id Abbatis testimonium hac formula perscriptum:

„Nos Iohannes Dei gratia Abbas Huysenburgensis,  
 „Ordinis S. Benedicti, publice profitemur et re-  
 „cognoscimus, quod anno Domini 1578. quinto  
 „Kalend. Decembris, ex commissione reuerendi  
 „Capituli, dilecto nobis in Christo Reuerendissi-  
 „mo et illustrissimo Domino Domino Henrico Iu-  
 „lio Episcopo Halberstadiensi et Duci Brunsvicensi  
 „si ac Lüneburgensi, Domino nostro clementissi-  
 „mo, primam Tonsuram in Dei nomine contuli-  
 „mus, adhibitis solennitatibus nobis in hac parte  
 „concessis et consuetis, in cuius rei fidem et testi-  
 „monium praesentes literas sigilli nostri appres-  
 „sione muniri fecimus, praesentibus venerabili-  
 „bus



bus Dominis Domino Ludouico de Breitzke ac  
 „Iohanne de Spitznasen Canonicis Halberstad.  
 „Datum et actum vt supra.,, Addatur AVCTOR  
*Chronici Huiesburgensis* \*\*\* in Dioecesi *Halber-*  
*stadiensi*, qui annotauit de *Iohanne Abbate: Prin-*  
*cipibus Brunsvicensibus ipse primam Tonsuram de-*  
*dit scilicet domino Henrico Iulio Episcopo huius*  
*Dioecesis, Domino Philippo Sigismundo et Domi-*  
*no Ioachimo Carolo.* Improbantur autem  
 hunc actum cum Electoribus *Saxoniae* ac *Bran-*  
*denburgico* aliquot Euangelici Principes, qui scri-  
 ptis ad *Iulium* Ducem literis, dissenfum suum de-  
 clararunt, admonendum quoque eum, cum Mi-  
 nisterio sacro, scripta epistola \*\*\*\* censuit cordatus  
 eruditissimusque Brunsvicensium Theologus MAR-  
 TINVS CHEMNITIVS, cuius sententiae et alii  
 acceperunt graues Viri, licet *Iacobus Andreae*  
 Theologus in aulis versatus, hunc ritum ad *Adia-*  
*phora* referendum esse putaret.

\* CHYTRAEVS *Chronico Sa-*  
*xoniae Lib. XXI. p. 636.*

\*\* vide eas inter editas ope-  
 ra et cura FRANCISCI GOV-  
 BAV *Apostolicas Pii V. Pontifi-*  
*cis Max. Epistolas, Antwerpiae*  
*1640. 4. Libro I. p. 32. et 35.*

\*\*\* quod extat apud MEIBO-  
 MIVM *Scriptor. Rerum German.*  
*Tom. II. p. 540.*

\*\*\*\* quam, aliaque *Acta* in  
 hac causa edidit IOANNES  
 GEORGIVS LEVCKELDIVS  
*Antiquitatibus Groeningensibus*  
 C in



in *Addend. Cap. IV. p. 59. nec gischer Chronik P. III. c. LXIII.*  
 NON B. BYRCARDVS GOTT- p. 1086. et ANDREAE POUCHE-  
 HELF STRVVIUS in *neuerff-* NII ad *Martinum Chemnitium*  
*neten historischen vnd politischen* Epistolam in A. R. CASPARIS  
*Archiv P. V. p. 280. add. Dn. HENRICI STARCKII Lübecki-*  
 PHILIPPVS IVLIVS REHT- *scher Kirchen-Historie, Beylagen*  
 MEIER *Braunschweig - Lünebur-* p. 484.

## §. XI.

Alii bona *Pontificis Romani* et Curiae R. ve-  
 nia, atque ex huius *indultu* ac dispensatione, de-  
 latam voluntate Capituli ad se Episcopatum possessionem confirmare discupiebant. De quibus con-  
 filiis, ab *Augusto* Saxoniae Duce postea Electore,  
 quem non immitis virum ingenii appellat IOANNES  
 MARIA GRATIANVS, \* quum Administratorem  
 Episcopatus Merseburgensis ageret, tentatis, haec  
 singularia obseruauit illustris Vir ADAMVS FRI-  
 DERICVS GLAFEY, \*\* hisce verbis de Episcopis  
 Augustanae Confessione addictis commentans:  
*Primum quidem uti iam dictum est tentabant an a*  
*Capitulis secundum Canones rite electi SVMMI*  
 PONTIFICIS CONSENSVM impetrare possent,  
*qua in re Augustus Dux Saxoniae postea Elector,*  
*ipsis exemplo suo cum Episcopatu Martisburgensi,*  
*cuius administrationem ipsi Capitulum postulatio-*  
*nis titulo detulerat, praeiuit, ita quidem ut Kum-*  
 mersta-





*mer stadium Legatum ad Nuntium Apostolicum Coloniae Agrippinae tunc commorantem mitteret, qui summis precibus ab eo efflagitaret, ut literis commendatiis Domino suo consensum summi Pontificis in promotionem eius ad Episcopatum Martisburgensem procuraret, sed Nuntio Apostolico hoc auctere denegante Augustumque Romam remittente, hic deterritus de aliis remediis cogitavit, suosque in religione socios secum traxit.*

\* de vita Ioa. Francisci Com- \*\* pereleganti Specimine Do-  
mendoni Cardinalis Lib. II. Cap. decadem Sigillorum complexo,  
IV. p. 95. Edit. Parisinae. p. 17.

## §. XII.

Longius paullo metu amittendi Episcopatus *Mindensis*, ad quem anno 1597. Coadiutor, ac mortuo anno 1599. *Antonio* Comite Holfatiae et Schauenburgico, postulatus fuerat Episcopus, progressus est *Christianus* Dux Brunsvicensis et Lüneburgensis *Wilhelmi* iunioris Filius, \* in Evangelicae doctrinae agnitione ac professione post ea constantissimus. His exquisitis verbis a *Clemente* Papa VIII. die XIV. Iulii 1599. Confirmationem

C 2

\* vide IULII SCHMIDII *Catalogum der Mindischen Bischöffe* S. 57. 58. p. 55.



nem petiit, spemque reuerfionis ad Romano-Catholicam Ecclesiam fecit aliquam. Consilia quae ab eo fuerunt agitata vel suggasta ab aliis ex Epistola Christiani ad Pontificem scripta patent, quam ex aliis ad hoc negotium pertinentibus subiungendam censui, quae nondum quantum scio est edita, his verbis conscripta:

### BEATISSIME PATER

*Post beatissimorum Pedum oscula spero Sanctitatem Vestram, quod in edenda fidei confessione nondum fecerim officium pro infinita benignitate sua cum causas cognoscet non aegre laturam, nec in paterna beneuolentia qua me semel complexa visa fuit facturam discessionem. Primum enim cum in viuis Antecessor Mindensis Ecclesiae Episcopus esset, ego infamilia et consuetudine propinquorum inbaererem nulla vel legendi Catholicos libros vel conferendi cum Catholicis viris dabatur occasio. Deinde illo mortuo cum Episcopatum sub spe confirmationis Sanctitatis vestrae adissem, et aliquid fuissem nactus laxamenti Germania nostra repentine implicata bellis totaque Westphalia obsessa milite fuit, vt ad cognoscendam Catholicam Religionem vacatio mihi prorsus nulla*  
*vel*



vel certe exigua concederetur, tantoque magis, quod a fratre charissimo meo Lüneburgensi Principe et Affine tanquam patre Marchione Brandeburg. vocatus duobus propemodum mensibus destinerer, qui cum a se lateribusque suis discedere non sinerent, omnem legendi libros Catholicos et conferendi cum doctis Viris oportunitatem praeripuerunt, qua de causa simul accidit, ut Serenissimo Domino Electori Coloniensi copiam mei facere ut maxime vellem tamen non possem, ne ullam meis de me suspicandi et institutum meum intervertendi relinquerem occasionem. Id igitur et Sanctitas Vestra in optimam benignissimamque partem paterne interpretetur humilime subiectissimeque rogo. Verum simul ac ex tumultu bellico et propinquorum consuetudine domum me recepi, commonui ipse me officii munerisque mei rectaque ad Serenissimum Electorem profectus, voluntatem meam, serio certe magnaue cum deuotione patefeci, quam eandem merito ad Sanctitatem Vestram primo loco scribendam putavi.

Educatus a prima aetate Sanctissime Pater in Lutheranismum apud parentes et propinquos fui Religionis istius assertatores, ut fidei Catholicae nulla ad me prorsus peruenerit notitia. Quo circa

C 3

puto,



puto, neminem miraturum si ita subito excutere  
 praconceptas opiniones, et nomen dare Catholicae  
 mihi ignotae Religioni queam, parumque prius  
 peruestigandam quam sine fundamento accipiendam  
 fidem existimem, tum ut apud propinquos Princi-  
 pes et alios leuitatis maculam a me auertam: tum  
 ut Sanctitas Vestra conscientiaeque postea in con-  
 stantia profitendae religionis sint confirmatiores.  
 Tamen quod Deum testor sic affectus sum ut vim  
 vniuersam diligentiae industriaeque meae ad intelli-  
 genda Catholicae Religionis mysteria applicare, si-  
 mulque quotidie sollicitare precibus meis Deum ad  
 gratiam Spiritus Sancti impertiendam cogitem, a  
 quo certe deuotionis pietatisque meae instituto nul-  
 lus mundi vel propinquorum respectus me abstrahet.  
 Quod enim dissimulare non debeo sic illa, quae hic  
 apud Serenissimum Dominum Electorem paucis die-  
 bus ex Serenitate Sua aliisque doctissimis Viris  
 intellexi, animum perculerunt meum, et sic ad-  
 huc inhaerent, ut magna voluptate intus profun-  
 dar, planeque confidam percurrentis eodem modo  
 controuersis articulis alius facturum Deum, ut vel  
 ex D. Pistorii et aliorum quos Serenissimus Domi-  
 nus Elector adiunget clarissimam institutione diui-  
 nae lucis veritatem aspiciam, quod cum continget  
 vocan-



vocanti certe *DEO* et lumen accedenti nunquam obfistam, imo gaudebo magis et gratias agam planeque me docendum et collustrandum paternae eius benignitati subiiciam. Quae mihi omnia ut scribuntur ita reuera cordi esse nec ullum *Sti Vestrae* fucum vendere humilime sub conscientiae meae contestatione coram Deo profiteor. Interim his literis iuro *Sti Vestrae* nunquam me quousque viuam, vel ipsum incommodaturum *Religioni Catholicae*, vel ut ab aliis quocunque colore vel praetextu fiat concessurum magisque daturum omnem operam et auctoritatem potentiamque meam secularem sine ulla tergiversatione adhibiturum semper ut *Mandata Stis Vestrae* et *Serenissimi Electoris*, quae *Religionem* spectant diligentissime obseruentur, ut *Religio Catholica* per *Episcopatum Mindensem*, paucis illis locis, quibus superest, salua incorruptaque maneat, et quibus locis collapsa fuerit, pro virili recuperetur. Atque id ut maioribus vinclis astringatur promitto plura:

1. Quousque ipse fidem *Catholicam Romanam* plane profitebor eousque ab administratione *Episcopali* et *Ecclesiastica* omnino abducturum manum, totamque spirituales rectionem *Episcopatus Mindensis* libere sine ulla interpellatione permissurum *Serenif-*



renissimo Domino Electori et Vicario quem ipse constituet. 2. Concessurum et Sacellanus Catholicus in Aula mea sit, et sacrum pro Consiliariis et Ministris Catholicis faciat et ad Consiliariorum mensam accumbat. 3. In politica gubernatione habiturum sine reuocatione totius Prouinciae supremum Praesidem Praepositum Osnabruggensem Godscalcum de Ledebur catholicissimum nobilissimumque Virum, et cum eo Doctorem Catholicum, quem Serenissimus Dominus Elector mihi adiunxerit Consiliarium, dimisso priori Calvinistico Cancellario, quorum perpetuo consiliis utar, et a quibus me ad pietatem principisque viro dignas virtutes informare libenter sinam, et quibus mortuis statim alios Catholicos horum similes substituam.

Ista igitur et iam sine ulla coactione fui Serenissimo Electori pollicitus, sic Sti Vestrae sub conscientiae meae fiducia confirmo et de nouo promitto iuratus, nunquam me quousque me cum Ecclesia Romana Catholica ipse consociabo et per Stis Vestrae paternam beneuolentiam perfectus Episcopus Mindensis declarabor, ista haec pacta minime iure violaturum, vel ut violentur concessurum sic honestus Princeps sim, de quo Stas Vestra minime dubitabit



bitabit, cum integritatem Germanicam meam animique candorem ex aliis cognoscet.

Cum vero Sanctissime Pater provinciam interim in politicis gubernare expediat, planeque propter civium petulantiam et praesentium temporum calamitatem corruiere et perire necesse sit, nisi Rectoris industria et grauitate fulciatur, rogo subiectissime vt Sanctitas Vestra de me sanctissimisque promissis meis paterne confidens tenellamque conscientiam meam clementissime considerans exiguas inducias indulgere, et interim iam statim sub istis superioribus conditionibus administrandi Episcopatum facultatem clementissime concedat, et propter maximum cum mora coniunctum periculum, celeritatem, quanta Sti Vestrae videbitur, adhibeat. Nihil me facere fallendi studio, vel vt ista occasione in possessionem per fraudem influam, sed omnia tanquam coram Deo serio me agere, Deum rursus testor, testarique sinam alios, quibus notus sum, ipsumque cum primis Serenissimum Dn. Electorem, cui coram explicauit et confirmaui omnia fusus.

Quod ad Stm Vestram scribere merito debui, obsecrans vt in paternam me beneuolentiam futurum breui sicut spero obedientissimum filium et ser-

D

uum



*uum recipiat, et fidem Principi Germaniae tribuens INDVLTVM ADMINISTRANDI REGENDIQVE PROVINCIAM, ad eum modum, quem ipse mihi circumscripsi, superiusque iureiurando confirmavi, benignissime concedat, ipsaque pro mea pleniori conuersione et veritatis cognitione ad DEVM preces paternas fundat fundique iubeat ab aliis. DEVS Sanctitatem Vestram, sub cuius pedes me subiicio fortunet in omnibus, diuque conseruet inuolumem. Ex Wolbeca Arce Serenissimi Domini Electoris 14. Iulii Anno 1599.*

### SANCTITATIS VESTRAE

humilimus et subiectissimus filius

CHRISTIANVS ELECTVS MINDENSIS

Dux Brunsv. et Lüneburg.

Quae ad Pontificem literae D. *Ioannis Pistorii* stilo forte perscriptae, is enim insignis doctrinae pontificiae, desertis Euangelicorum sacris, promotor, negotium conuersionis sic dictae perficere iussus erat, quod tamen consilium euentu caruit.

§. XIII.





## §. XIII.

Alii vero Principes ac Proceres Euangelici, episcopatibus electione aut postulatione admoti, de *gratia* et *dispensatione Pontificia* desperantes, vel de ea acquirenda parum solliciti, vt potius Imperatorum et Regum, Aduocatorum Ecclesiae Germanicae supremorum, et circa secularia Dominorum directorum, gratiosissima *Indulta* impetrarent, omnem adhibuerunt operam.

## §. XIV.

Ad Imperatores Regesque nostros ex *Concordato Henrici V. Augusti* et *Calixti Papae II.* vel potius ex supremo iure Maiestatico et Dominii directi, collatio Bonorum et iurium regalium Episcopis ac Episcopatibus facienda, pertinet, ita enim *Concordati* verba sonant: *Regalia per Sceptrum a te recipiat.*

## §. XV.

Praecedere haec *Inuestitura regalis* debebat *Pontificiam Confirmationem*, vt cum aliis Iuris publici ac beneficiarii doctoribus B. IOHANNES WILHELMVS HOFFMANNVS,\* accurate probauit. Sed sensim, et vt videtur, *Rudolpho II.*



imperante in Protestantium<sup>2</sup> damnum, mutatio permissa. Secundum recentiore[m] enim praxin Episcopus Germaniae *Inuestituram Regalium* petens, inter alia vt vocant requisita, exhibere debet Curiae Feudali Imperiali *Bullam Pontificiae confirmationis*, cum aliis. A quo onere liberati per *Instrumentum Pacis Westphalicae* Episcopi Protestantantes.

\* laudata iam ad *Concordatum* Commentatione §. VIII.

### §. XVI.

In concedendis *Indultis*, possessoribus Episcopatum ex Protestantium coetu, benignum admodum ac facilem se exhibuit *Maximilianus II.* Imp. De quo HUGO GROTIUS merito scribit: \* *illo ingenio nullum mitius regnis contigisse*, quemque IACOBVS AVGVSTVS THVANVS saepe sapientissimum et prudentissimum laudat atque seuerus ille magnatum censor BYRNETVS, \*\* principem vocat, quo non alium perfectiorem maioribusque ornatum virtutibus a multis seculis videbat Europa; ANTONIVS autem MARIA GRATIANVS Episcopus Amerinus, \*\*\* acerbe ipsi tribuit: *animum Lutheranae superstitionis labe infectum, eamque sectam occultis studiis fouisse*, autumat



tumat. Is diuersis principibus Euangelicis in Episcopos electis vel postulatis, quum *Pontificiam Bullam confirmatoriam* adferre non possent, gratiosissimas litteras dedit, quibus possessionem Feudorum Episcopatus regalium iuriumque ad *certos annos* indulgit, addita tamen obtinendae Pontificiae confirmationis conditione.

\* *Annalium Libro II. p. 13.* \*\*\* de *vita Ioa. Francisci*  
*Edit. in 12. Commendon Lib. III. c. IV. p.*

\*\* *Historia Reformationis An. 246. Edit. Paris.*  
*glicanae P. II. p. 85.*

§. XVII.

Patet Augusti voluntas ex literis *Maximiliani II.* vt vocant patentibus, \* ad status prouinciales subditosque Archiepiscopatus *Bremensis* anno 1574. scriptis, quibus *Henrico*, ex *Lauenburgicis Ducibus*, postulato in Archi-Episcopum, datam antea *Indulti* tempus prorogat: *bis S<sup>e</sup> Liebden vnd Andacht ihre Confirmation von dem Stuhl zu Rom erlangt*, permittitque huic Archi-Episcopo Religionem euangelicam profitenti: *des Ertz-Stifts Bremen Fürstliche Würden, Ebr, Regalien, Lehn, Weltligkeit vnd Gericht, mit allen ihren Ein- vnd Zugehörungen, samt des Landes zu Wurst-Friesland sondern Leben vnd Gerechtig-*

D 3

keiten



keiten von Ihm und den H. Reich VRLAVBSWEI-  
 SE auf etliche bestimmte Jahre innen zu haben etc.  
 Quam concessio[n]em et indulgentiam renouavit ac  
 confirmauit Rudolphus II. Imp. eidem Henrico  
 Archi-Episcopo anno 1557. atque ex precibus sibi  
 oblati[s] commemorat: was massen Seine Liebden  
 und Andacht sich bey voriger und ietziger Pæbst-  
 lichen H. alles eusersten Fleiss[es], und nit mit ge-  
 ringen Vnkosten berührter Confirmation halber  
 bemühet und nochmahls darum tegliches anbielte,  
 aber dieselbe bis dahin aus allerhand Verbindun-  
 gen über ihr ziemliches Erbitten nicht erlangen  
 megen, (nec id mirari debebat Henricus, nam ob-  
 stabat Bulla Papae PAVLLI IV. cuius verba supra  
 §. VI. extant) und darneben die Zeit berührter In-  
 dulten fast zu Ende gelaufen etc. quam Indulgenti-  
 am grauib[us] de causis in Diplomate augustali \*\*  
 indicatis renouat et prorogat: bis Seine Liebden  
 und Andacht die Confirmation (darumb sie bis da-  
 hero bey Sr. Pæbstlichen Heiligkeit angehalten, und  
 nochmahls alles Fleiss[es] anhalten soll) erlangt und  
 richtig gemacht etc. In successoris Iohannis Fri-  
 derici Ducis Holsatiae ab eodem Rudolpho II. a.  
 1598. impetrato ad tres annos Indulto \*\*\* Pontifi-  
 ciae confirmationis itidem fit mentio, his verbis:

ZUM



zum Ertzbischoffe des Stiffts Bremen (iedoch auf Pæbstlicher Heiligkeit Confirmation) durch ietzi-ge Bremische Dom-Capitularen einbellig nominiret, erwelt vnd pronunciret sey, das Se Liebden auch die Wahl acceptirt, vnd zu Erhaltung des Stiffts ruhigen Regierung allbereit das Gubernement angetreten habe, aber weil S. L. noch der Zeit mit vorherürter Pæbstlicher Confirmation nicht gefasst, vnd es doch an VORHABENDEN Sr. L. Fleisse nicht mangle uff drey Jahr lang die nächste nach dato dies Brieffs gnädiglich geurlaubet haben. Vi huius Caesarei Indulti: Gænnung vnd Zulassung der weltlichen Administration des Ertz-Stiffts Bremen, Status huius Archi-Episcopi confirmatus fuit. Idem Iohannes Fridericus, quum de ducenda coniuge Anna Sophia Comite Oldenburgica consilia agitaret, ab eodem Rudolpho II. Imp. a. 1607. prorogationem Indulti ad dies vitae, vel si id impetrare non posset, ad decem, vel duodecim annos, expetiit\*\*\*\* cum oblatione cautionis de non ad haeredes transferendo Praesulatu, nec impedienda libera electione. Ex allegata in margine Instructione quoque discimus, datas fuisse a Iobanne Friderico literas reuersales, varia capita cum primis conseruationem status sacrorum Roma-



no-Catholicorum, qualis tunc in Archi-Episcopatu Bremensi erat, continentes.

\* quae leguntur in IOANNIS CHRISTIANI LÜNIGII *Reichs-Archiv Partis specialis, Fortsetzung der andern Continuation IV. Abtheilung Num. XXVIII. p. 451.*

\*\* extat apud LÜNIGIVM l. c. p. 452.

\*\*\* euolue in LÜNIGII l. c. p. 455.


\*\*\*\* Praeces hae et consilia

patent ex *Instruktion D. Ottoni Schultesio Legato in aulam caesaream missõ, data, quae adiecta scriptioni editae sub titulo: des Reichs- und Weltkündigen Ertzbischofflichen Bremischen und Graeflich-Oldenburgischen Ebe- Ebre- und Gewissens-Handels, ersten Theil typis impresso 1620. f. Beylagen N. 39.*

p. 109.

### §. XVIII.

De hac Augustorum in Episcopos Evangelicorum sacrorum focios, indulgentia, crebris denunciationibus cleri Germaniae Romano-Catholici, ac ex Nuntiorum Pontificorum relationibus satis edocta erat *Curia Romana*, vt ex querelis et consiliis eiusdem in *Annales Ecclesiasticos* ODORICI RAYNALDI et IACOBI de LADERCHIO relatis, patet. SIC IOANNES FRANCISCUS COMMENDONVS, PII Papae IV. ad Germaniae Principes vtriusque religionis Nuntius, vir magnae prudentiae, eloquentiae et grauitatis hero suo anno 1561. commemorabat: \* *Episcopos (Germaniae)*  
prae-


  
*praeposteris animis posthabere diuinarum rerum curam, et ut suae sibi fortunae, opesque et princeps ille splendoris ac dignitatis locus, quo inter ceteros eminent, saluus inuiolatusque permaneat, id enixe elaborare. Hinc regulis et potentibus hominibus, quos ante in sua auctoritate habere consueuerant adulari, tantoque deditos atque obnoxios magis esse, quanto illos auidius, aut occupandis Ecclesiasticis bonis inhiare, aut OCCUPATIS incubare sentirent: scilicet quorum cupiditati obuiam ire, insolentiamque coercere, et deberent, et si se nosset coniunctaque et concordia habere consilia vellent, etiam possent, eos ipsi ultro metuunt, suspectosque gratia atque officiis lenire et conciliare student. Quin EPISCOPORVM quosdam a fide Romanae Ecclesiae DESCIVISSE atque in Principum haereticorum clientelam se tradidisse eorumque tectos ope ex sua libidine viuere. Qua de causa Pius V. Pontifex summo tuendae et amplificandae religionis Romanae studio flagrans eundem Commendonum ex Polonia reducem Legatum ad Comitia Augustana anni 1564. a Maximiliano II. Imp. indicta, misit, interque alia mandata, \*\* postulauit ab Augusto: id quoque periculi Caesar auerteret imminentis, ne electo*

E

Archi-



Archi-Episcopo Magdeburgensi ex humanis erepto, sedes illa ab Saxoniae Septemviro teneretur, qui tres alias Ecclesias iam occupauerat. Quod si Argentinensis senior Episcopus mortem obiisset, quando omnes illi Canonici, tribus exceptis Lutherana peste laborabant, caueret Caesar, ne haereticus Episcopus sublegeretur. Secus enim fore, ut Ecclesia illa, dioecesisque omnis in suam perniciem prorsus lapsa concideret. Quam ob rem curandum videri, ut Catholici adiutores illis darentur, vel certe alio genere praesidii res ibi Christiana communiretur.

Quae consilia multis magnisque in patria nostra turbis occasionem materiamque praebuerunt. Quum enim Gebhardus Truchsessius Archi-Episcopus Colonienfis anno 1582. ducta Agnete Comite Mansfeldensi Reformatorum doctrinis accederet, et Archi-Episcopatum, oblata frustra cautione, retinere vellet, \* extincto porro Ioanne Comite Manderscheidio Episcopo Argentoratensi, pars Capituli cathedralis euangelica Ioannem Georgium Brandenburgium anno 1592. eligerent, \*\*\* grauissimae contentiones coortae, quae inter causas cruenti belli tricennalis merito referuntur.

\* legi





\* Legi haec possunt, cum aliis ad hoc argumentum pertinentibus, in IOANNIS MARIAE GRATIANI *de vita Ioannis Francisci Commendoni Libro IV. p. 102. seq.*

\*\* vti ex Actis Legationis commemorat IOANNES ANTONIVS GABVTIVS *de vita et rebus gestis Pii V. Pontificis Maximi Libro II. cap. I. p. 45. et 48.* eadem narrat GIROLAMO CATENA *Vita del Papa Pio V. edita in Mantoua 1587. 4. p. 26.* et PAOLO ALESSANDRO MAFFEI *Vita di S. Pio Quinto,*

*Lib. II. c. VIII. p. 73.*

\*\*\*Controuersiae seriem breuiem lege in B. BVRC. GOTTHELFFII STRVVII *Corpore Historiae Germanicae Period. X. Sect. VII. p. 2013. §. XI. p. 2018.* vbi simul libelli publice editi ex parte indicantur. Adde elegantissimam Dissertationem Viri celeberrimi IO. DAVIDIS KOEHLERI *de Actis et Fatis Gebhardi Truchsesii, Altorfii 1732. 4.* et Supplementum huius historiae nuper a summe venerationabili C. G. IOECHERO Lipsiae editum.

### §. XIX.

*Rudolphi* enim II. Imp. Aduocati Ecclesiae Romanae tutelam implorabant R. Catholici, qui *Reseruatum Ecclesiasticorum* Paci Religiosae Augustanae insertum, vrgebant; Pontifices porro Romani acerrime rem gerebant *Gregorius* maxime XIII. qui *Gerardum* per banni et depositionis sententias sede sua exturbabat, eidemque ope Capituli catholici potentissimum successorem *Ernestum* ex Ducibus *Bauariae*, multis iam infulis ornatum, *Iobanni Georgio* Administratori *Carolus* Lotharingum Cardinalem opponebant, eoque

E 2

rem



rem Pontificia ac Hispana potentia subnixi perducebant, vt *Gerardus* in exilium ire cogere-  
retur, *Brandeburgius* per Transactionem *Hagenouien-*  
*sem* pecuniae summa adsignata, cederet.

§. XX.

Sed non conquieuerunt animi, quum de aliis  
Grauaminibus vtraque pars acerbe disceptaret, at-  
que conclusis foederibus, quibus *Vnionis Euan-*  
*gelicae* et *Ligae Catholicorum* nomina imposita  
fuerunt, iura sibi, vt putabant, competentia,  
strenue tutanda et augenda esse censebat.

§. XXI.

Enimuero inter alia, quae imperantibus *Ru-*  
*dolpho II. Matthia et Ferdinando II. AAA.* circa  
religiosa iura disceptata fuerunt, suasu artibusque  
curiae Romanae, Consiliariorum Conscientiae \*  
et Nuncii Pontificii *CAROLI CARAFFAE* Epi-  
scopi Auersani, \*\* de reducendis reuocandisque  
non solum *Episcopatibus*, sed et aliis Bonis eccle-  
siasticis, quae post Transactionem Passauiensem,  
et Pacem Religionis anni 1555. in ius possessionem-  
que Protestantium, peruenerunt, R. Catholici  
studiose cogitarunt.

\* de



\* de hoc *Consilio Conscientiae de Germania Sacra restaurata* vide libellum inscriptum: *Stae- sub summis Pontificibus Grego- tus particularis regiminis S. C. rio XV. et Urbano VIII. quae Mai. Ferdinandi II. p. 96. Ed. primum editi Auerstae ex Ty- in Germania editae in 24. et pographia Aegidii Longhi 1630. Edit. Batauae p. 82. f. recusi Coloniae Agrippinae, si- ue potius apud Batauos 1639. 8.*

\*\* huius consilia clarissime *Francofurti ad M. 1641. 12. et nuper Viennae.*

### §. XXII.

Post multas igitur publicas arcanasque con- sultationes in *Muhlbusino* Electorum aliorumque conuentu anno 1627. instituto, habitas, prodiit anno 1629. *Edictum Ferdinandi II.* et vocunt *re- stitutorium*, in quo Imp. tanquam executor Pacis Religiosae, a Romano-Catholicis imploratus, mandabat constitutis et armatis Commissariis: *solche abgewickene, als auch mit Gewalt vnd in andere Wege eingezogene Ertz- vnd Bistumber, Praelatu- ren, Klæster etc. deren die Catholischen zu Zeit des Passauwischen Vertrags, oder seithero in Pos- sess gewesen von unrechtmessigen detentatoribus abzufordern vnd mit tauglichen, denen Fundatio- nen vnd Stiftungen gemess ordentlich beruffenen vnd qualificirten Personen besetzen zu lassen.*

E 3

§. XXIII.



## §. XXIII.

*Ferdinandum* hocce *Decretum*, cuius executio iam ante publicationem coepta, multisque libellis\* et argumentis oppugnatum fuerat, flammis tristissimi belli ciuilibus, quo Germania patria iam misere flagrabat, magis accendit. Nam Protestantes nec *Ferdinandum Imp.* in hac causa unicum iudicem, multis grauibusque rationibus moti, nec allata decidendi argumenta, adgnoscentes, editis scriptis primum calamo, dein a *Liga Catholicorum* pressi, ferro iura sua quaesita defendenda, censuerunt.

\* quos inter eminent laudatus siue potius IACOBI LAMPARTUS SCIPIONIS ARETINI, DII Liber, iam excitatus.

## §. XXIV.

Primordia grauisimorum motuum in Circulo *Saxoniae Inferioris* maxime coorta, in quo potiores *Archi-* et *Episcopatus*, bona Capitulorum voluntate ad Protestantes, praeuia electione, aut postulatione, delati fuerant. De *Saxoniae superioris* enim *Misnicis* et *Thuringiae* Praesulatus retinendis *Ioanni Georgio I.* Saxoniae septem viro Caesaris adhuc amico et foederato spes in Conuentu *Mublhusino* anni 1627. facta esse scribatur.

batur. \* Magnanimus autem Elector multis modis eiectione inter alia ministrorum verbi diuini *Bohemiorum*, depulsione filii secundo geniti *Augusti* ab Archi-Episcopatu *Magdeburgensi* offensus, \*\* sociorumque Augustanae confessionis periculis quae Edictum restitutorium declarabat, excitatus, indicto anno 1630. Lipsiae omnium Protestantium conuentu, de tuendis iuribus asserendaque sacra et ciuili libertate, cogitabat, defensionisque causa arma cum sociis parabat, atque a Catholicae Ligae exercitu, *Tillio* duce, contra prudentiorum Catholicorum consilia, grauiter pressus cum Heroe illo Gothico *Gustauo Adolpho* foedere iunctus, ad *Lipsiam* anno 1631. memorabili proelio victores, vim repulerunt, iuriumque suorum conseruandorum auspicata initia fecerunt.

\* De quo vide CAROLVM CARAFFAM *Germania sacra restaurata* p. 323. et de spe Saxoni facta PSEVDONYMI libellum anno 1631. 4. editum sub indice: *Kurzer Bericht aus einem Schreiben Brof. Lobw. an seine gnädige Herrschafft* p. 16. vbi: *weil Ihre Churfürstl. Durchl. umb Ihr. Kayf. M. vnd des H. R. Reich sich so hoch meritirt gemacht, und bey allen Ständen, be-*

*vorab auch den geistlichen Churfürsten so beliebt, dass unangesehen sie auf die Restitution der geistlichen Stifter vnd Güter so hart dringen, gleichwol Ihr. Churfürstl. Gnaden so weit gutwillig versichert ihro wegen der im Churfürstenthumb Sachsen liegenden vnd schon einhabenden Stifter etwas nachzusetzen, vnd dieselbe unangefochten zu lassen.*

\*\* Offensi in hac causa Electoris



Aetoris animus patet ex scripto  
 Legatorum eius, memoriae  
 subleuandae causa *Ferdinan-*  
*do II. Imp. anno 1630. Vie-*  
*nae exhibito, quod inferum:*  
*Copiae Resolutionis, welche Chur-*  
*fürstliche Durchl. zu Sachsen etc.*  
*dem Königl. Hispanischen subde-*  
*legirten Gesandten gegeben, den*  
*10. Octobris Anno 1631. Beylagen*  
*N. I. vbi pl. Eii. was seltsame*  
*und weitsehende Reden wegen des*  
*Erz. Stifts Magdeburg ausge-*  
*sprengt wurden, wieseten die*  
*Schriften. Nun were gleich-*  
*wohl Ihrer Churfürstl. Durchl.*  
*geliebter Herr Sohn, Hertzog*  
*Augustus etc. anfänglich, inma-*  
*ßen Ewer Kayserl. Maiest. Ihre*  
*Churfürstl. Durchl. solches aller-*  
*unterthänigsten Gehorsams zu*  
*erkennen gegeben, cum certa pro-*  
*missione de succedendo, zum Co-*  
*adiutore, fæder zum Ertzbi-*  
*schoffe vom ganzen Dom-Capitel*  
*daselbst ordentlicher weise postu-*  
*lirt, derowegen hielten Ihre Chur-*

fürstl. Durchl. sich allerunterthä-  
 nigst gewis versichert Ew. Kay-  
 serl. May. würden als ein gütig-  
 ster hochblühlicher Kayser, nicht  
 zugeben noch geschehen lassen, daß  
 Ihr. Churfürstl. Durchl. Hause  
 hierinnen was wiederwertiges be-  
 gegnen solte, sondern würden viel  
 mehr hierbey Ihrer Churfürstl.  
 Durchl. geliebten Vorfahren ge-  
 trewe, nützliche und standhafte  
 geleistete Dienste, auch ihre selbst  
 eigene erwiesene gehorsame trewe  
 und erspriessliche kundbare Me-  
 rita allergnädigst erwegen und  
 als billig derselben hochblühlich  
 genießen lassen. Was man in  
 dem Stift Halberstadt sich unter-  
 fangen, das sey leider offenhahr  
 und am Tage. Addatur de  
 Magdeburgensi Archi-Episco-  
 patu CAROLVS CARAFFA Com-  
 mentariis de Germania Sacra re-  
 staurata p. 341. 348. Edit. Batau.  
 et de Halberstadiensis, IDEM l.  
 c. p. 325.

### §. XXV.

Post ea tamen Elector Saxo multis causis per-  
 motus, conclusa *Pragae 1635. pace, in limitatio-*  
*nem quandam ac suspensionem Reseruati Ecclesia-*  
*stici,*

stici, et Ediſti restitutorii consensit hoc modo:  
*Was aber anlangen thut die immediat-Stift vnd  
 geistliche Güter, so vorm Passawischen Vertrag  
 oder Religionfrieden eingezogen worden, sowol  
 auch dieienige Stift und geistliche Güter, wel-  
 che nach gedachten Passawischen Vertrag oder  
 Religionfrieden in der Augspurgischen Confessi-  
 ons-Verwandten Hände kommen, die sein gleich  
 Mediat oder Immediat (darunter denn auch  
 die freyen weltlichen Stift, sodann die Mei-  
 sterthumb vnd Commenthureyen der Ritterlichen  
 hohen Orden mit begriffen) ist es endlich dahin  
 verhandelt, das dieselben ietzbemeldten Chur-  
 fürsten vnd Ständen, so viel sie deren Anno 1627.  
 den 12. Novembris stylo nouo innen gehabt, beses-  
 sen vnd gebrauchet, nichts ausgeschlossen, wie  
 es auch genannt werden mæchte, ohne einigen  
 An- vnd Zuspruch, unter was Prætext, Schein,  
 oder Vormenden auch solches geschehen kent  
 oder mæchte, auff VIERTZIG IAHR, von dato  
 dieser beschlossenen Vergleichung an zu rechnen,  
 gerubiglich verbleiben, auch was einem oder an-  
 dern eine Zeithero daran eingezogen vnd sie ent-  
 setzt, vellig vnd plenarie, iedoch ohne Erstattung  
 einiger Nutzung, Schaden und Vnkosten, die ein*

F

Theil



*Theil an dem andern præterendiren wolte, restituiret werden.* Quibus additæ aliae conditiones, quas inter sunt quæ Protestantibus parum fauorabiles.

§. XXVI.

Sed hæc Pax, a multis Protestantium acriter ore et scriptis oppugnata, his conclusa conditionibus, quæ iudice TOBIA PFANNERO, neque Pacem (firmam) facerent, neque Bellum sinebant, irritamentum magis, quam medela fuerunt.

§. XXVII.

Quum vero per Belli huius ciuilibus flammis patria Germania, omnium miseriarum theatrum factum esset, Deus animorum conciliator, summorum Principum mentes ad æqua Pacis media conuertit, quæ *Osnabrugi* et *Monasterii* in Westphalia per quatuor et quod excurrit annos, a prudentissimis legatis tractata, tandem inter alia *Statum Episcoporum* Germaniæ tutum stabilemque reddidit.

§. XXVIII.

Quanta animorum ingeniorumque contentione





tionem a Romano-Catholicis conseruatio *Reser-  
uati Ecclesiastici*, a Protestantibus vero huius  
remorae suorum sacrorum abolitio, desiderata fu-  
erit, docent Acta et Protocolla Pacis Westpha-  
licae, \* iique scriptores, qui succum neruumque  
inde deduxerunt SAMVEL PVFENDORFIUS,  
TOBIAS PFANNERVS, ADAMVS ADAMI, alii-  
que, quorum libri et commentarii, quum in  
omnium manibus sint, eorum commemoratio-  
nes, breuitati studens, describere nolo. Decisio-  
nem vero huius controuersiae lege in I. P. O.  
Art. V. §. 15.

\* edita insigni studio et la-  
bore B. IOAN. GOTHOFREDI a  
MEIERN T. I. p. 383. 814. T. II. p. 20. 18. 38. 41. 113.  
639. seq. 642. 647. T. III. p. 153.  
161. 188. 194. 295. 349. 358. T. IV.  
p. 522. 540. 565. 575. 579. 610. 636.

### §. XXVIII.

Tandem post magnos labores Status Epi-  
scoporum Augustanae Confessionis in *Pacis Os-  
nabrugensis Instrumento*, Palladio Germaniae, *Ar-  
ticulo V. §. 14.* sic determinatus: *Bona Eccle-  
siastica immediata, quod attinet, siue sint ARCHI-  
EPISCOPATVS, EPISCOPATVS, Praelaturae,  
Abbatiae, Balliuiae, Praepositurae, Commendae,*  
siue



*sive liberae Foundationes seculares, aut alia una cum redditibus, pensionibus, aliisque quocunque nomine signatis, seu in urbibus, seu ruri sitis, ea, seu Catholici, seu Augustanae Confessionis Status die prima Ianuarii anni millesimi sexcentissimi vicesimi quarti possederint, omnia et singula, nullo plane excepto, eius religionis Consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, usque dum de Religionis dissidiis per Dei gratiam conuentum fuerit, tranquille et imperturbate possideant, neutrique parti liceat alteri seu in iudicio seu extra negotium facessere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si vero, quod Deus probibeat, de religionis dissidiis amicabiliter conueniri non possit, nihilominus haec conuentio perpetua sit, et pax semper duratura. Ceteras conditiones de statu Episcoporum Euangelicorum in I. P. O. Benev. Lector euoluat.\**

\* Art. V. §. 4. 15. 17. 21. 22. Edit. Meierianae.

§. XXX.

Per hanc Pacificationem, post longas anxiasque Pontificiorum quorundam dubitationes,\* numerus Episcopatum Euangelicorum multum imminutus. Enimuero Archi-Episcopatus *Magdebur-*



*deburgensis* et *Bremensis*, Episcopatus porro *Halberstadiensis*, *Mindensis*, *Verdensis*, *Suerinensis*, *Razeburgensis*, *Caminensis*, Abbatia *Hirschfeldensis* seculo addicti, secularesque Imperii Principatus declarati, saluis tamen Capitulorum Cathedralium, et Statuum Prouincialium iuribus et bonis, et Romano-Catholici, qui Episcopos Protestantium sacris addictos adgnosceret et ferre volebant, eos tanquam seculares Principes, Sessione et Voto in Comitibus aliisque praerogatiuis gaudentes ex inuolabili pacto ferre debent.

\* quae, vt alia omittamus, *gnae pietatis Anno 1648. 4.* cui patent ex virulento scripto, antidotum parauit: IRENAEVS cui index: ERNESTI de EV-  
SEBIIIS *iudicium, super quae-* EUBVLVS, siue potius HER-  
*sione: An Pax, qualem deside-* MANNVS CONRINGIUS in *Con-*  
*rant Protestantes, sit secundum* sultatione catholica pro Pace per-  
*se illicita? Ecclesiopoli ad Insi-* petua Protestantibus danda, *Fri-*  
*deburgi 1648.*

## OBSERVATIONES

QVAEDAM STATVM EPISCOPO-  
RVM PROTESTANTIVM QVALIS ANTE  
PACEM WESTPHALICAM FVIT,  
ILLVSTRANTES.

I. Ad exemplum Episcoporum Romano-Catholicorum, inter Episcopos et Capitulum cathedrale,

F 3

drale,



drale, cui electio aut postulatio, sede vacante competebat, *pactiones* initaе, quae in certa capita et Articulos distinctae *Capitulationes*, \* vocantur, quibus in multis negotiis ad *consensum capitulationem*, ultra ea, quae iure Canonico praescripta, in regimine etiam seculari obligati, nec non ad varia emolumenta Canonice indulgenda, adstricti fuerunt. \*\*

\* de origine, conditione ac fati*s capitulationum Episcoporum Germaniae* diligenter eruditeque exposuit Dissertatione sub praesidio Dn. CHRISTIANI GOTTLIEB BYDERI Ienae 1752. habita B. SCHWARZIVS.

\*\* Summam conditionum et articulorum Capitulationis, quam supremum Archi-Ecclesiae *Magdeburgensis* Capitulum iniit cum *Ioachimo Friderico*, Electoris Brandenburgici *Ioa. Georgii F.* quamque pater probavit et novus Administrator iureiurando confirmavit DAVID CHYTRAEVS *Chronico Saxoniae* Libro XXI. inferuit, ex quo PAVLLVS LENZIUS *Historia Archi - Episcoporum Magdeburgensium* S. 62. p. 159. decerpit. Plene eandem d. 9.

Jan. anni 1567. subscriptam dedit illustris Vir IOANNES CHRISTOPHORVS a DREYHAYPT in *diplomatischer Beschreibung des zu dem ehemabligen Ertz - Stift Magdeburg gehorigen Saal - Creyses*, Tomo I. p. 296. Inter alia singularia adgnoscit Electus Articulo 43. Capitulum tanquam *Dominum haereditarium*, atque promittit: si in Electoratum Brandenburgicum succederet, se Archi-Episcopatu abdicaturum. Ad plures Articulos extensa est ea Capitulatio, quae cum *Augusto Saxoniae Duce*, *Ioannis Georgii I.* Electoris Saxonici F. inita et anno 1672. typis vulgata in 4. Alias *Capitulationes*, vt pote *Christiani Ducis Brunsvicensis* postulati Episcopi *Halberstadtensis* de anno 1617. cuolue



euolue in IO. CHRISTIANI LÜ-  
NIGII *Spicilegii Ecclesiastici* con-  
tinuat. prima p. 118. Ioannis  
Georgii II. Electoris Saxoniae  
*Capitulatio perpetua* cum Ca-  
pitulo Misnenſi inita, cum  
confirmatione Io. Georgii III.  
de annis 1663. et 1682. legi-  
tur in Ei. LÜNIGII *Spicileg. Ec-  
cles. andern Theils Anhang.* p.  
869. *Merseburgensis* Capitulatio

perpetua extat in laudato *Spic-  
ilegio Ecclesiastico Contin. pri-  
ma* p. 873. Extant quoque ma-  
nu exaratae: *Beschreibung der  
Capitulation der Bischöffe zu  
Minden* et aliae Ducum Saxo-  
niae cum Capitulis *Misnenſi,  
Merseburgensi* et *Naumburgensi*,  
conclusae per quae regiminis  
omnis Episcopalis modus et  
ratio definitur.

II. Electi aut postulati Episcopi Euangeli-  
corum sacrorum focii omnia ea iura exercent  
et exercuerunt, quae ad *Iurisdictionem Episco-  
rum*, legem dioecesanam et iura Status ac di-  
gnitatis vulgo referuntur, quaeque secundum  
doctrinas Euangelicorum salua conscientia ex-  
pedire poterant, e quibus pauca delibabimus.

III. *Iurisdictionem* quidem *Ecclesiasticam* per  
*Officiales*, siue *Vicarios generales* et *Consistoria*  
administrarunt. In Archi-Episcopatu *Magdebur-  
gensi* ortas inter Archi-Episcopum et Urbem iam  
inde a religionis emendatae initiis controuersias de  
*Ecclesiastica iurisdictione*, Electorum *Saxoniae*  
et *Brandenburgi* intercessione, transactione  
sic compositae: *Iurisdictionem in causis ma-  
trimo-*



*trimonialibus* *Archi-Episcopo*, qui *solus* ea *olim* *administrait* *hac* *conditione* *Senatus* *restituit*, *ut* *OFFICIALIS* *Archi-Episcopi* *deinceps* *iudicio* *matrimoniali* *praesideat*, *cui* *certas* *personas* *ex* *Senatu* *et* *Ministerio* *Consules* *adiungant*, *quae* *non* *praecise* *iuxta* *Canones* *Pontificios*, *sed* *usitatas* *in* *Ecclesiis* *Augustanae* *Confessionis* *Consistoriorum* *leges* *pronuncient*. *Quodsi* *inter* *Archi-Episcopi* *et* *Senatus* *adseffores* *de* *sententia* *non* *conueniet*, *Acta* *aliis* *Consistoriis* *Augustanae* *Confessionis* *diudicanda* *transmittantur*.

\* teste *DAVIDE CHYTRAEO* *Chronico Saxoniae* *Libr. XVII.*  
p. 813.

*De Consistorio Euangelico in vrbe quondam*  
*Episcopali Wurzena* *anno 1593.* *constituto,*  
*CHRISTIANVS* *SCHOETTGENIVS* *legatur.\**

\* *Historie der Chursachsischen Stifts-Stadt Wurtzen* p. 213.

*IV.* *In constituendis Ecclesiae Ministris* *omnem* *curam* *solicitudinemque* *adhibere* *debebant,*  
*vti* *Capitulo* *electori* *in* *sua* *Capitulatione*  
*Christianus* *postulatus* *Episcopus* *Mindensis* *anno*  
*1617.* *promisit,* *his* *verbis:* *und* *damit* *das*  
*Pre-*



*Predigamt desto besser mit gelehrten vnd geschickten Personen bestalt vnd die Zuhörer mit gesunder vnd unverfälschter Lehre mügen unterwiesen werden, sollen alle dieienigen, welche zum Predig-Stuel durch die Patronen praesentiret vnd ordentlicher Weise beruffen, von den Dom-Prediger und dessen Zugeordneten fleissig examiniret, vnd do sie fürters auf vorgehende in der Dom-Kirche gebaltene Probe-Predigt qualificirt befunden, daselbst ordiniret vnd hernach introduciret, vnd die VISITATIONES, mit vnd neben vnsers Dom-Capituls Verordneten angestellet vnd verrichtet werden. In Capitulatione Magdeburgica Augusti Saxoniae Ducis haec legitur: So sollen alle dieienigen, welche in diesem gantzen Ertz-Stifte zum Predigtambte erfordert werden, an keinem andern Orth, als in vnserer vnd des Ertz-Stifts Dom-Kirchen zu Magdeburg, wie vor Alters gebräuchlichen gewesen, in praesentia Archi-Diacono-*

G

rum





*rum publice in Choro examiniret vnd da sie zum Predigtamt tüchtig vnd qualificirt befunden worden, daselbsten ordiniret, auch von den Archi-Diaconis, oder wem es dieselben auftragen, introduciret werden.*

V. *Eminens Ius Sessionis et Voti* in Comitibus cum vniuersalibus tum particularibus, Episcopis Germaniae ab antiquis temporibus tanquam Regni Principibus competens, quodque Praefulatum territoriis inhaeret, ab Episcopis Protestantium, vti subscriptiones Recessuum Imperii aliaque documenta comprobant, saepius exercitum; post ea vero, cum omni eorum statui controuersia moueretur oppugnari coeptum. Cuius arduae controuersiae seriem, ex Actis publicis, cum primis Pacis Westphalicae quum illustris et de Iure publico egregie meritus Vir IOHANNES IACOBVS MOSERVS accurate copioseque exposuerit,\* Lectorem ad hanc egregiam relationem remittimus.

\* *Teutschen Staats-Rechts Fünften Theil §. XIX. seqq.*





VI. *Coelibatum* plerique electi et postulati Episcopi Evangelici, in Capitulationibus suis, vel ductis vxoribus *resignationem* Praesulatus, promiserunt, vel inito cum consensu Capituli matrimonio, \* de non ambiendo iure haereditario cautiones fecerunt, vel de impetrando Imperatoris consensu operam adhibuerunt, de quibus omnibus egregias obseruationes Dn. MOSERVS \*\* conquisiuit. Addatur *Capitulatio Augusti Saxoniae Ducis Administratoris Magdeburgensis.* \*\*\*

\* *Christianus Wilhelmus* Administrator Magdeburgensis *Statibus* quoque *Prouincialibus* consilia de ducenda Vxore proponebat anno 1614.

\*\* *Tomo iam excitato* §. 69. seq. p. 114.

\*\*\* anno 1672. edita formis §. 62.

VII. *Aetas maior* Episcopalis in Episcopatibus Euangelicorum, vel Capitulationibus definita, vel vsu et obseruantia *annus decimus octauus* pro tali habitus. \* In Postulatione *Halberstadiensis* Capituli *Henrici Iulii* Ducis Brunswicensis infantis biennis 1566. annus XIV.

G 2

qui




qui aetatem maiorem feudalem facit, designatus est. *Pius* autem Papa V. biennem Episcopum ferre nolebat et *Breui* dehortatorio scripto \*\* reiciebat. Aliis maior aetas viginti annorum placuit. \*\*\*

\* Confer kurtze und gründliche An- und Ausführung, dass des Herrn Administrators zu Merseburg F. D. nach zurückgelegten Achtzehenden Jahre dero Stiffts-Regierung anzutreten etc. befugt 1706. f.

\*\* extat apud ODORICVM RAYNALDVM *Annalium Eccles.* Tom. XX. p.

\*\*\* MOSERI Staats - Recht Tom. XI. §. 53. 54. 55. 56.

S. D. G.





FRATRI CARISSIMO

SYMMOS IN IVRE HONORES

CAPE SCENTI

S. P. D.

GEORG GVNTHER DE HOLTZE

**P**er integrum triennium, quo, DILE-  
CTISSIME FRATER, in hoc pro-  
pter Salam Atheneo celebratissimo, mecum ad  
Musarum penetralia aditum TIBI parasti, me  
habuisti socium aemulum. Quoties studium  
TVVM indefessum animo ponderabam, toties  
fructus diuinavi vberimos, et honoris cumulum  
certissimum. Euentus iamiam exoptatissimus  
vota mea adimplet, vnde temperare mihi  
non possum, quin eam, quae animum per-  
fundit, voluptatem publice significem. Iux-  
ta sunt, quae sentio. Plus vno vinculo me

H

habes



habes deuinctum, postquam fraternum amorem, quo nos mutuo excepiimus, virtutis studium corroborauit, et ad gloriam veram adspirandi cupido arctissimo nexu nos coniunxit. Longiori eorum enumerationi, quibus Illustri ICTorum ordini TE ita commendatum reddidisti, vt TE summis in iure honoribus dignum habuerint, facile supersedeo. Virtus enim, vt latere velit, nusquam in obscuro est; ipsa potius sibi testis ac vindex. Hoc tamen addo, quod ex animo precor, vt nouis, quibus cingendus es, honoribus utaris, fruaris feliciter: Sint fausti et felices et plura maioraque indies afferant ornamenta. A TE vero hoc vnicum exspecto, vt me amori TVO Fraterno quoque in posterum nunquam non habeas commendatissimum.

Vale. Scrib. Ienae d. VII. Mart.

CLIO CC LII



Jena, Diss., 1751-52





adject. 3. 1790  
1752, 7a  
185  
21

SPECIMEN INAUGURALE

DE

S T A T V  
IVRIBVSQVE EPISCOPORVM  
GERMANIAE AVGV. CONFESS. A CON-  
DITA TRANSACTIONE PASSAVIENSI  
ET PACE RELIGIOSA VSQVE  
AD WESTPHALICAM

QVOD

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE A DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQA

IN ACADEMIA IENENSI

EX DECRETO

ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
PRO IMPETRANDIS HONORIBVS AC IVRIBVS  
DOCTORALIBVS

BENIGNAE ERVDITORVM CENSURAE

SUBMITTIT

IOANNES IACOBVS AB HOLTZE

REV. CAP. HAMBURGENSIS CANONICVS

IENAE MENSE MART. MDCCLII.

LITTERIS SCHILLIANIS.

